

De Magistro: Disputed Questions on Truth

St. Thomas Aquinas

May 4, 2010

Contents

Articulus 1: Utrum homo possit docere et dici magister, vel solus Deus

Objections

[54173] De veritate, q. 11 a. 1 tit. 2 Et videtur quod solus Deus doceat, et magister dici debeat.

[54174] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 1 Matth., XXIII, 8: unus est magister vester; et praecedit: nolite vocari Rabbi: super quo Glossa: ne divinum honorem hominibus tribuat, aut quod Dei est, vobis usurpetis. Ergo magistrum esse et docere, solius Dei esse videtur.

[54175] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 2 Praeterea, si homo docet, nonnisi per aliqua signa: quia si etiam rebus ipsis aliqua docere videatur, ut puta si aliquo quaerente quid sit ambulare, aliquis ambulet, tamen hoc non sufficit ad docendum, nisi signum aliquod adiungatur, ut Augustinus probat in l. de magistro: eo quod in eadem re plura conveniunt, unde nescietur quantum ad quid de re illa demonstratio fiat; utrum quantum ad substantiam, vel quantum ad accidens aliquod eius. Sed per signa non potest deveniri in cognitionem rerum, quia rerum cognitio potior est quam signorum; cum signorum cognitio ad rerum cognitionem ordinetur sicut ad finem: effectus autem non est potior sua causa. Ergo nullus potest alii tradere cognitionem aliquarum rerum, et sic non potest eum docere.

[54176] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 3 Praeterea, si aliquarum rerum signa alicui proponantur per hominem; aut ille cui proponuntur, cognoscit res illas quarum sunt signa, aut non. Si quidem res illas cognoscit, de eis non docetur. Si vero non cognoscit, ignoratis autem rebus, nec signorum significationes cognosci possunt; quia enim nescit hanc rem quae est lapis, non potest scire quid hoc nomen lapis significet. Ignorata vero significatione signorum, per signa non potest aliquis aliquid addiscere. Si ergo homo nihil aliud faciat ad doctrinam quam signa proponere, videtur quod homo ab homine doceri non possit.

[54177] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 4 Praeterea, docere nihil aliud est quam scientiam in alio aliquo modo causare. Sed scientiae subiectum est intellectus; signa autem sensibilia, quibus solummodo videtur homo posse docere, non perveniunt usque ad partem intellectivam, sed sistunt in potentia sensitiva. Ergo homo ab homine doceri non potest.

[54178] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 5 Praeterea, si scientia

And it seems that God alone may teach and be called the teacher.

Mt. 23:8: One is your teacher; and it precedes: Do not be called Rabbi: about which the Gloss: lest you attribute divine honor to men, or usurp what is God's for yourselves. Therefore to be a teacher and to teach seem to belong to God alone.

Moreover, if a man teaches, it is not except through some sign: sinfe if he seems to teach by some thing (for example if someone asking what is walking, he should walk, nevertheless this does not suffice to teaching unless some sign is added as Augustine shows in *Libro de Magistro* by that which brings many things together into the one thing, whence it would not be know in respect of which demonstration of the thing comes to be; wheter regarding substance, or one of its accidents. But one cannot come to knowledge of things by signs, since knowledge of things is better than that of signs; since knowledge of signs is ordered to knowledge of things as to an end: But an effect is not better than its cause. Therefore noone can realte to another knowledge of any things and thus cnoone can teach anyone.

Moreover, if the signs of any things are proposed to anyone by a man; either he to whom they are proposed knows the thngs whese signs they are, or he does not. If he knows the things, he is not taught about them. Yet if he does not know, having been ignorant of the things, neither can the significations of the signs be known; because he who does not know the thing which a stone is, cannot know what the name "lapis" signifies. The signification of the sign unknown, someone cannot also teach someone [about the thing]. If, therefore, he does for teaching nothing other than propose a sign, it seems that man cannot be taught by man.

Moreover, teaching is nothing other than causing knowledge ¹ in another in some way. But the subject of knowledge ² is the intellect; yet sensible signs, in which way alone it seems that man can teach, do not come to the intellective part, but stand in the sensitive power ³. Therefore man cannot be taught by man.

Moreover, if knowledge ⁴ is caused in one man by an-

in uno causatur ab alio; aut scientia inerat addiscenti, aut non inerat. Si non inerat, et in homine ab alio causatur; ergo unus homo in alio scientiam creat; quod est impossibile. Si autem prius inerat; aut inerat in actu perfecto, et sic causari non potest, quia quod est, non fit; aut inerat secundum rationem seminalem: rationes autem seminales per nullam virtutem creatam in actum educi possunt, sed a Deo solo naturae inseruntur, ut Augustinus dicit super Genes. ad litteram. Ergo relinquitur quod unus homo nullo modo alium docere possit.

[54179] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 6 Praeterea, scientia quoddam accidens est. Accidens autem non transmutat subiectum. Cum ergo doctrina nihil aliud esse videatur nisi transfusio scientiae de magistro in discipulum, ergo unus homo alium docere non potest.

[54180] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 7 Praeterea, Rom., X, 17, super illud, fides ex auditu, dicit Glossa: licet Deus intus doceat, praeco tamen exterius annuntiat. Scientia autem interior in mente causatur, non autem exterius in sensu. Ergo homo a solo Deo docetur, non ab alio homine.

[54181] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 8 Praeterea, Augustinus dicit in Lib. de magistro: solus Deus cathedram habet in caelis, qui veritatem docet in terris; alius homo sic se habet ad cathedram sicut agricola ad arborem. Agricola autem non est factor arboris, sed cultor. Ergo nec homo potest dici doctor scientiae, sed ad scientiam dispositor.

[54182] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 9 Praeterea, si homo est verus doctor, oportet quod veritatem doceat. Sed quicumque docet veritatem, mentem illuminat, cum veritas sit lumen mentis. Ergo homo mentem illuminabit, si docet. Sed hoc est falsum, cum Deus sit qui omnem hominem venientem in hunc mundum illuminet Ioann. I, 9. Ergo homo non potest alium vere docere.

[54183] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 10 Praeterea, si unus homo alium docet, oportet quod eum faciat de potentia scientem actu scientem. Ergo oportet quod eius scientia educatur de potentia in actum. Quod autem de potentia in actum educitur, necesse est quod mutetur. Ergo scientia vel sapientia mutabitur; quod est contra Augustinum, in Lib. LXXXIII quaestionum, qui dicit, quod sapientia accedens homini, non ipsa mutatur, sed hominem mutat.

[54184] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 11 Praeterea, scientia nihil aliud esse videtur quam descriptio rerum in anima, cum scientia esse dicatur assimilatio scientis ad scitum. Sed unus homo non potest in alterius anima describere rerum similitudines: sic enim interior operaretur in ipso; quod solius Dei est. Ergo unus homo alium docere non potest.

[54185] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 12 Praeterea, Boetius dicit in Lib. de consolatione, quod per doctrinam solummodo mens hominis excitatur ad sciendum. Sed ille qui excitat intellectum ad sciendum, non facit eum scire; sicut ille qui excitat aliquem ad videndum corporaliter, non facit eum videre. Ergo unus homo non facit alium scire; et ita non proprie potest dici quod eum doceat.

[54186] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 13 Praeterea, ad scientiam requiritur cognitionis certitudo; alias non est scientia,

other; either knowledge ⁵ was in the learning one, or not. If it was not, and caused in man by another; therefore one man created knowledge ⁶ in another, which is impossible. If however it was present before; either it was present in perfect act, and thus cannot be caused, because what is, can not come to be; or it was according to seminal account ⁷: yet seminal accounts can be led to act by no created power, but are sown into the nature by God alone, as Augustine says in Genes. ad litteram. Therefore it is left that one man can teach another in no way.

Moreover, knowledge is some accident. Yet an accident does not change subjects. Since, therefore, teaching seems to be nothing other than transmission of knowledge from a teacher into a disciple, therefore one man cannot teach another.

Moreover, the gloss on *Romans 10:17*, "faith is from hearing" says: "although God teaches within, the herald announces without". Yet knowledge is caused interiorly in the mind, not in sense, exteriorly. Therefore man is taught by God alone, and not by another man.

Moreover, Augustine says in *Lib. de magistro*: "Only God has his seat in heaven, who teaches truth in the earth; other man, thus, are to the chair as a farmer to the tree." A Farmer, however, is not the tree's maker, but the planter of it. Therefore neither can man be called the teacher of knowledge, but disposer to knowledge

Moreover, if a man is true teacher, it is necessary that he teach the truth. But whoever teaches the truth, illuminates the mind, since truth is the mind's light. Therefore a man will illuminate a mind, if he will teach. But this is false, since God is he who illumines every man coming into this world *John 1:9*. Therefore one man cannot truly teach another.

Moreover, if one man should teach another, it is necessary that he makes him actually knowing from being able to know. Therefore it is necessary that his knowledge be led from ability into actuality. What is led from ability into act, is necessarily changeable. Therefore knowledge, or wisdom, will be changed; which is against Augustine in *Lib. 83 Quaestionum* who says that wisdom coming to a man is not changed, but changes the man.

Moreover, knowledge seems to be nothing other than the description of things in the soul, since knowledge is called the making-similar of the knowing to the known. But one man cannot describe the similitudes of things in another's soul: for thus he would work interiorly in him; which only belongs to God. Therefore one man cannot teach another.

Moreover, Boetius says in the book *De consolatione*, that the mind of man is raised to knowledge through teaching alone. But that which excites the intellect to knowing does not make it know; just as one who excites someone to seeing corporally does not make him see. Therefore one man does not make another know; and thus he is not properly said to teach him.

Moreover, the certitude of an idea {cognitio} is required for knowledge {scientia}; otherwise, it is not knowledge

sed opinio vel credulitas, ut Augustinus dicit in Lib. de magistro. Sed unus homo non potest in altero certitudinem facere per signa sensibilia quae proponit: quod enim est in sensu, magis est obliquum eo quod est in intellectu; certitudo autem semper fit per aliquid magis rectum. Ergo unus homo alium docere non potest.

[54187] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 14 Praeterea, ad scientiam non requiritur nisi lumen intelligibile et species. Sed neutrum potest in uno homine ab alio causari: quia oportet quod homo aliquid crearet, cum huiusmodi formae simplices non videantur posse produci nisi per creationem. Ergo homo non potest in alio scientiam causare, et sic nec docere.

[54188] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 15 Praeterea, nihil potest formare mentem hominis nisi solus Deus, ut Augustinus dicit. Scientia autem, quaedam forma mentis est. Ergo solus Deus scientiam in anima causat.

[54189] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 16 Praeterea, sicut culpa est in mente, ita et ignorantia. Sed solus Deus purgat mentem a culpa: Isa., XLIII, 25: ego sum (...) qui deleo iniquitates tuas propter me. Ergo solus Deus purgat mentem ab ignorantia; et ita solus docet.

[54190] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 17 Praeterea, cum scientia sit certitudinalis cognitio, ab illo aliquis scientiam accipit per cuius locutionem certificatur. Non autem certificatur aliquis ex hoc quod audit hominem loquentem; alias oportet quod quidquid alicui ab homine dicitur, pro certo ei constaret. Certificatur autem solum secundum quod interius audit veritatem loquentem, quam consulit etiam de his quae ab homine audit, ut certus fiat. Ergo homo non docet, sed veritas quae interius loquitur, quae est Deus.

[54191] De veritate, q. 11 a. 1 arg. 18 Praeterea, nullus per locutionem alterius addiscit illa quae ante locutionem etiam interrogatus respondisset. Sed discipulus, antequam ei magister loquatur, responderet interrogatus de his quae magister proponit: non enim doceretur ex locutione magistri, nisi ita se habere cognosceret sicut magister proponit. Ergo unus homo non docetur per locutionem alterius hominis.

To the Contrary

[54192] De veritate, q. 11 a. 1 s. c. 1 Sed contra. Est quod dicitur II Timoth. I, 11: in quo positus sum ego praedicator (...) et magister gentium. Ergo homo potest et esse et dici magister.

[54193] De veritate, q. 11 a. 1 s. c. 2 Praeterea, II Timoth., III, 14: tu vero permane in his, quae didicisti, et credita sunt tibi. Glossa: a me tamquam a vero doctore; et

{scientia} but opinion or credulity, as Augustine says in the book *De Magistro*. But one man cannot make certitude in another through the sensible signs which he proposes: for what is in sense, is less-direct {obliquum} to that which is in the intellect; yet certitude is always made by something more direct {rectum}. Therefore one man, etc...

Moreover, nothing is required for knowledge except the intelligible light and species. But neither can be caused in one man by another: since it is necessary that the man create something, since simple forms of such do not seem able to be produced except through creation. Therefore man cannot cause knowledge in another, and neither can he teach.

Moreover, nothing can form the mind of man except God alone, as Augustine says. But knowledge is a certain form of the mind. Therefore only God can cause knowledge in the soul.

Moreover, as guilt is in the soul, so is ignorance. But only God purges the mind of guilt: *Isaiah 43:25* "I am ...who removes your iniquities for my own sake." Therefore only God purges the mind of ignorance; and thus only he teaches.

Moreover, since knowledge {scientia} is a certain {as in certitude} idea {cognitio}, one takes knowledge {scientia} from him by whose speech it is made certain. Yet someone who hears a man speaking is not made certain from this [as a man speaking]; otherwise it would be necessary that everything which is said to a person by anyone, should be established as certain for him. Yet he is only made certain insofar as he hears truth saying that it is so interiorly, which truth he even consults about those things which he hears from a man. Therefore man does not teach, but the truth which speaks within—which truth is God.

Moreover, no one learns by the speech of another that which, asked before speech, he would have responded with. But the student, before the master speaks to him, the interrogated could respond about the things which the teacher proposes: for he would not be taught from the speech of the teacher, unless he should understand them to stand as the master proposes. Therefore one man cannot be taught through the speech of another man.

On the contrary there is what is said in II *Timothy 1:11*: in which it is posited "I am the announcer ...and teacher of the peoples." Therefore man can both be and be called a teacher.

Moreover, II *Timothy 3:14*: "But you remain in these things which you have learned, and which have been credited to you." Gloss: "from me as from a true teacher;" and

¹scientiam

²scientiae

³potentia

⁴scientia

⁵scientia

⁶scientia

⁷ratio seminalis

sic idem quod prius.

[54194] De veritate, q. 11 a. 1 s. c. 3 Praeterea, Matth. XXIII, 8 et 9, simul dicitur: unus est magister vester, et unus est pater vester. Sed hoc quod Deus est pater omnium, non excludit quin etiam homo vere possit dici pater. Ergo etiam per hoc non excluditur quin homo vere possit dici magister.

[54195] De veritate, q. 11 a. 1 s. c. 4 Praeterea, Roman. X, 15, super illud: quam speciosi supra montes etc. dicit Glossa: isti sunt pedes qui illuminant Ecclesiam. Loquitur autem de apostolis. Cum ergo illuminare sit actus doctoris, videtur quod hominibus docere competat.

[54196] De veritate, q. 11 a. 1 s. c. 5 Praeterea, ut dicitur in IV Meteororum, unumquodque tunc est perfectum quando potest simile sibi generare. Sed scientia est quaedam cognitio perfecta. Ergo homo qui habet scientiam, potest alium docere.

[54197] De veritate, q. 11 a. 1 s. c. 6 Praeterea, Augustinus in libro contra Manich. dicit, quod sicut terra, quae ante peccatum fonte irrigabatur, post peccatum indiget pluvia de nubibus descendente; ita mens humana, quae per terram significatur, fonte veritatis ante peccatum fecundabatur, post peccatum vero indiget doctrina aliorum, quasi pluvia descendente de nubibus. Ergo saltem post peccatum homo ab homine docetur.

Response

[54198] De veritate, q. 11 a. 1 co. Responsio. Dicendum, quod in tribus eadem opinionum diversitas invenitur: scilicet in educatione formarum in esse, in acquisitione virtutum, et in acquisitione scientiarum. Quidam enim dixerunt, formas omnes sensibiles esse ab agente extrinseco, quod est substantia vel forma separata, quam appellant datorem formarum vel intelligentiam agentem; et quod omnia inferiora agentia naturalia non sunt nisi sicut praeparantia materiam ad formae susceptionem. Similiter etiam Avicenna dicit in sua Metaphys., quod habitus honesti causa non est actio nostra; sed actio prohibet eius contrarium, et adaptat ad illum, ut accadat hic habitus a substantia perficiente animas hominum, quae est intelligentia agens, vel substantia ei consimilis. Similiter etiam ponunt, quod scientia in nobis non efficitur nisi ab agente separato; unde Avicenna ponit in VI de naturalibus, quod formae intelligibiles effluunt in mentem nostram ab intelligentia agente. Quidam vero e contrario opinati sunt; scilicet quod omnia ista rebus essent indita, nec ab exteriori causam haberent, sed solummodo quod per exteriorem actionem manifestantur. Posuerunt enim quidam, quod omnes formae naturales essent actu in materia latentes, et quod agens naturale nihil aliud facit quam extrahere eas de occulto in manifestum. Similiter etiam aliqui posuerunt, quod omnes virtutum habitus nobis sunt inditi a natura; sed per exercitium operum removentur impedimenta, quibus praedicti habitus quasi occultabantur; sicut per limationem aufertur rubigo, ut claritas ferri manifestetur. Similiter etiam aliqui dixerunt quod animae est omnium scientia concreata; et

thus is shown as before.

Moreover, *Matthew 23:8-9*, it is also said: "onne is your teacher, and one is your father." But that god is th father of all does not exclude that man can truly be called father as well. Therefore, neither is it excluded that man can truly be called teacher {magister}.

Moreover, *Romans 10:15*, about this: "How beautiful above mountains &c." the gloss says: 'those are the feet who illuminate the Church.' Yet it is said about the apostle. Since, therefore, to illumine is the act of a teacher, it seems that teaching is applicable to men.

Moreover, as is said in *IV Meteorology*, "each than has been perfected when it can generate a similitude of itself. But knowledge {scientia} is a certain perfection perfected understanding {cognitio}. Therefore, a man who has knowledge can teach another.

Moreover Augustine in the book *Contra Manich.* says that "as the earth, which before sin was watered by a fountain, after sin required rain descending from the clouds; thus the human mind, which is signified by the earth, was made fertile by a font of truth before sin, but after sin it required the teaching of others, like rains descending from the clouds." Therefore, at least, man is taught by man after sin.

per huiusmodi doctrinam et huiusmodi scientiae exteriora adminicula nihil fit aliud nisi quod anima deducitur in recordationem vel considerationem eorum quae prius scivit; unde dicunt, quod addiscere nihil est aliud quam reminisci. Utraque autem istarum opinionum est absque ratione. Prima enim opinio excludit causas propinquas, dum effectus omnes in inferioribus provenientes, solis causis primis attribuit; in quo derogatur ordini universi, qui ordine et connexionem causarum contextitur: dum prima causa ex eminentia bonitatis suae rebus aliis confert non solum quod sint, sed et quod causae sint. Secunda etiam opinio in idem quasi inconveniens redit: cum enim removens prohibens non sit nisi movens per accidens, ut dicitur VIII Physic.; si inferiora agentia nihil aliud faciunt quam producere de occulto in manifestum, removendo impedimenta, quibus formae et habitus virtutum et scientiarum occultabantur: sequetur quod omnia inferiora agentia non agant nisi per accidens. Et ideo, secundum doctrinam Aristotelis, via media inter has duas tenenda est in omnibus praedictis. Formae enim naturales praeexistunt quidem in materia, non in actu, ut alii dicebant, sed in potentia solum, de qua in actum reducuntur per agens extrinsecum proximum, non solum per agens primum, ut alia opinio ponebat. Similiter etiam secundum ipsius sententiam in VI Ethicorum, virtutum habitus ante earum consummationem praeexistunt in nobis in quibusdam naturalibus inclinationibus, quae sunt quaedam virtutum inchoationes, sed postea per exercitium operum adducuntur in debitam consummationem. Similiter etiam dicendum est de scientiae acquisitione; quod praeexistunt in nobis quaedam scientiarum semina, scilicet primae conceptiones intellectus, quae statim lumine intellectus agentis cognoscuntur per species a sensibilibus abstractas, sive sint complexa, sicut dignitates, sive incompleta, sicut ratio entis, et unius, et huiusmodi, quae statim intellectus apprehendit. In istis autem principiis universalibus omnia sequentia includuntur, sicut in quibusdam rationibus seminalibus. Quando ergo ex istis universalibus cognitionibus mens educitur ut actu cognoscat particularia, quae prius in universali et quasi in potentia cognoscebantur, tunc aliquis dicitur scientiam acquirere. Sciendum tamen est, quod in rebus naturalibus aliquid praeexistit in potentia dupliciter. Uno modo in potentia activa completa; quando, scilicet, principium intrinsecum sufficienter potest perducere in actum perfectum, sicut patet in sanatione: ex virtute enim naturali quae est in aegro, aeger ad sanitatem perducitur. Alio modo in potentia passiva; quando, scilicet, principium intrinsecum non sufficit ad educendum in actum, sicut patet quando ex aere fit ignis; hoc enim non poterat fieri per aliquam virtutem in aere existentem. Quando igitur praeexistit aliquid in potentia activa completa, tunc agens extrinsecum non agit nisi adiuvando agens intrinsecum, et ministrando ei ea quibus possit in actum exire; sicut medicus in sanatione est minister naturae, quae principaliter operatur, confortando naturam, et apponendo medicinas, quibus velut instrumentis natura utitur ad sanationem. Quando vero aliquid praeexistit in potentia passiva tantum, tunc agens extrinsecum est

quod educit principaliter de potentia in actum; sicut ignis facit de aere, qui est potentia ignis, actu ignem. Scientia ergo praeexistit in addiscente in potentia non pure passiva, sed activa; alias homo non posset per seipsum acquirere scientiam. Sicut ergo aliquis dupliciter sanatur: uno modo per operationem naturae tantum, alio modo a natura cum adminiculo medicinae; ita etiam est duplex modus acquirendi scientiam: unus, quando naturalis ratio per seipsam devenit in cognitionem ignotorum; et hic modus dicitur inventio; alius, quando naturali rationi aliquis exterius adminiculatur, et hic modus dicitur disciplina. In his autem quae fiunt a natura et arte, eodem modo ars operatur, et per eadem media, quibus et natura. Sicut enim natura in eo qui ex frigida causa laborat, calefaciendo induceret sanitatem, ita et medicus; unde et ars dicitur imitari naturam. Et similiter etiam contingit in scientiae acquisitione, quod eodem modo docens alium ad scientiam ignotorum deducit sicuti aliquis inveniendo deducit seipsum in cognitionem ignoti. Processus autem rationis pervenientis ad cognitionem ignoti inveniundo est ut principia communia per se nota applicet ad determinatas materias, et inde procedat in aliquas particulares conclusiones, et ex his in alias; unde et secundum hoc unus alium dicitur docere quod istum decursum rationis, quem in se facit ratione naturali, alteri exponit per signa et sic ratio naturalis discipuli, per huiusmodi sibi proposita, sicut per quaedam instrumenta, pervenit in cognitionem ignotorum. Sicut igitur medicus dicitur causare sanitatem in infirmo natura operante, ita etiam homo dicitur causare scientiam in alio operatione rationis naturalis illius: et hoc est docere; unde unus homo alium docere dicitur, et eius esse magister. Et secundum hoc dicit philosophus, I posteriorum, quod demonstratio est syllogismus faciens scire. Si autem aliquis alicui proponat ea quae in principiis per se notis non includuntur, vel includi non manifestantur, non faciet in eo scientiam, sed forte opinionem, vel fidem; quamvis hoc etiam aliquo modo ex principiis innatis causetur. Ex ipsis enim principiis per se notis considerat, quod ea quae ex eis necessario consequuntur, sunt certitudinaliter tenenda; quae vero eis sunt contraria, totaliter respuenda; aliis autem assensum praebere potest, vel non praebere. Huiusmodi autem rationis lumen, quo principia huiusmodi nobis sunt nota, est nobis a Deo inditum, quasi quaedam similitudo increatae veritatis in nobis resultans. Unde, cum omnis doctrina humana efficaciam habere non possit nisi ex virtute illius luminis; constat quod solus Deus est qui interius et principaliter docet, sicut natura interius et principaliter sanat; nihilominus homo et sanare et docere proprie dicitur modo praedicto.

Answers to Objections

[54199] De veritate, q. 11 a. 1 ad 1 Ad primum ergo dicendum, quod quia dominus praeceperat discipulis ne vocarentur magistri, ne posset intelligi hoc esse prohibitum absolute. Glossa exponit qualiter haec prohibitio sit intelligenda. Prohibemur enim hoc modo hominem vocare magistrum, ut ei principalitatem magisterii attri-

To the first it ought to be said that because the lord...

buamus, quae Deo competit; quasi in hominum sapientia spem ponentes, et non magis de his quae ab homine audimus, divinam veritatem consulentes, quae in nobis loquitur per suae similitudinis impressionem, qua de omnibus possumus iudicare.

[54200] De veritate, q. 11 a. 1 ad 2 Ad secundum dicendum, quod cognitio rerum in nobis non efficitur per cognitionem signorum, sed per cognitionem aliarum rerum magis certarum, scilicet principiorum, quae nobis per aliqua signa proponuntur, et applicantur ad aliqua quae prius nobis erant ignota simpliciter, quamvis essent nobis nota secundum quid, ut dictum est. Cognitio enim principiorum facit in nobis scientiam conclusionum, non cognitio signorum.

[54201] De veritate, q. 11 a. 1 ad 3 Ad tertium dicendum, quod illa de quibus per signa edocemur, cognoscimus quidem quantum ad aliquid, et quantum ad aliquid ignoramus; utpote si docemur quid est homo, oportet quod de eo praesciamus aliquid: scilicet rationem animalis, vel substantiae, aut saltem ipsius entis, quae nobis ignota esse non potest. Et similiter si doceamur aliquam conclusionem, oportet praescire de passione et subiecto quid sunt, etiam principii, per quae conclusio docetur, praecognitis; omnis enim disciplina fit ex praeexistente cognitione, ut dicitur in principio posteriorum. Unde ratio non sequitur.

[54202] De veritate, q. 11 a. 1 ad 4 Ad quartum dicendum, quod ex sensibilibus signis, quae in potentia sensitiva recipiuntur, intellectus accipit intentiones intelligibiles, quibus utitur ad scientiam in seipso faciendam. Proximum enim scientiae effectivum non sunt signa, sed ratio discurrens a principiis in conclusiones, ut dictum est.

[54203] De veritate, q. 11 a. 1 ad 5 Ad quintum dicendum, quod in eo qui docetur, scientia praeexistebat, non quidem in actu completo, sed quasi in rationibus seminalibus, secundum quod universales conceptiones, quarum cognitio est nobis naturaliter indita, sunt quasi semina quaedam omnium sequentium cognitorum. Quamvis autem per virtutem creatam rationes seminales non hoc modo educantur in actum quasi ipsae per aliquam creatam virtutem infundantur, tamen id quod est in eis originaliter et virtualiter, actione creatae virtutis in actum educi potest.

[54204] De veritate, q. 11 a. 1 ad 6 Ad sextum dicendum, quod docens non dicitur transfundere scientiam in discipulum, quasi illa eadem numero scientia quae est in magistro, in discipulo fiat; sed quia per doctrinam fit in discipulo scientia similis ei quae est in magistro,educta de potentia in actum, ut dictum est.

[54205] De veritate, q. 11 a. 1 ad 7 Ad septimum dicendum, quod sicut medicus quamvis exterius operetur, natura sola interius operante, dicitur facere sanitatem; ita et homo dicitur docere veritatem quamvis exterius annuntiet, Deo interius docente.

[54206] De veritate, q. 11 a. 1 ad 8 Ad octavum dicendum, quod Augustinus in Lib. de magistro, per hoc quod probat solum Deum docere, non intendit excludere quin homo exterius doceat, sed quod ipse solus Deus docet

To the first it ought to be said that understanding of things...

To the third it ought to be said that those things about which we are taught by signs, we know in some way, and we are ignorant of them in some way...

To the fourth it ought to be said that the intellect takes the intelligible intentions from sensible signs which are received from the sensitive power {potentia}...

To the fifth it ought to be said...

To the sixth it ought to be said...

To the seventh it ought to be said...

To the eighth it ought to be said...

interius.

[54207] De veritate, q. 11 a. 1 ad 9 Ad nonum dicendum, quod homo, verus et vere doctor dici potest, et veritatem docens, et mentem quidem illuminans, non quasi lumen rationi infundens, sed quasi lumen rationis coadiuvans ad scientiae perfectionem per ea quae exterius proponit: secundum quem modum dicitur Ephes., III, 8-9: mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia haec illuminare omnes et cetera.

[54208] De veritate, q. 11 a. 1 ad 10 Ad decimum dicendum, quod duplex est sapientia: scilicet creata et increata: et utraque homini infundi dicitur; et eius infusione homo mutari in melius proficiendo. Sapientia vero increata nullo modo mutabilis est; creata vero in nobis mutatur per accidens, non per se. Est enim ipsam considerare dupliciter. Uno modo secundum respectum ad res aeternas de quibus est; et sic omnino immutabilis est. Alio modo secundum esse quod habet in subiecto; et sic per accidens mutatur, subiecto mutato de potentia habente sapientiam in actu habens. Formae enim intelligibiles, ex quibus sapientia consistit, et sunt rerum similitudines, et sunt formae perficientes intellectum.

[54209] De veritate, q. 11 a. 1 ad 11 Ad undecimum dicendum, quod in discipulo describuntur formae intelligibiles, ex quibus scientia per doctrinam accepta constituitur, immediate quidem per intellectum agentem, sed mediate per eum qui docet. Proponit enim doctor rerum intelligibilium signa ex quibus intellectus agens accipit intentiones intelligibiles, et describit eas in intellectu possibili. Unde ipsa verba doctoris audita, vel visa in scripto, hoc modo se habent ad causandum scientiam in intellectu sicut res quae sunt extra animam, quia ex utrisque intellectus agens intentiones intelligibiles accipit; quamvis verba doctoris propinquius se habeant ad causandum scientiam quam sensibilia extra animam existentia inquantum sunt signa intelligibilium intentionum.

[54210] De veritate, q. 11 a. 1 ad 12 Ad duodecimum dicendum, quod non est omnino simile de intellectu et visu corporali. Visus enim corporalis non est vis collativa, ut ex quibusdam suorum obiectorum in alia perveniat; sed omnia sua obiecta sunt ei visibilia, quam cito ad illa convertitur: unde habens potentiam visivam se habet hoc modo ad omnia visibilia intuenda, sicut habens habitum ad ea quae habitualiter scit consideranda; et ideo videns non indiget ab alio excitari ad videndum, nisi quatenus per alium eius visus dirigitur in aliquod visibile, ut digito, vel aliquo huiusmodi. Sed potentia intellectiva, cum sit vis collativa, ex quibusdam in alia devenit; unde non se habet aequaliter ad omnia intelligibilia consideranda; sed quaedam statim videt quae sunt per se nota, in quibus implicite continentur quaedam alia quae intelligere non potest nisi per officium rationis ea quae in principiis implicite continentur, explicando; unde ad huiusmodi cognoscenda, antequam habitum habeat, non solum est in potentia accidentali, sed etiam in potentia essentiali: indiget enim motore, qui reducat eum in actum per doctrinam, ut dicitur in VIII Physic.: quo non indiget ille qui iam aliquid habituali-

To the ninth

10

11

12

ter novit. Doctor ergo excitat intellectum ad sciendum illa quae docet, sicut motor essentialis educens de potentia in actum; sed ostendens rem aliquam visui corporali, excitat eum sicut motor per accidens; prout etiam habens habitum scientiae potest excitari ad considerandum de aliquo.

[54211] De veritate, q. 11 a. 1 ad 13 Ad decimumtertium dicendum, quod certitudo scientiae tota oritur ex certitudine principiorum: tunc enim conclusiones per certitudinem sciuntur, quando resolvuntur in principia. Et ideo hoc quod aliquid per certitudinem sciatur, est ex lumine rationis divinitus interius indito, quo in nobis loquitur Deus: non autem ab homine exterius docente, nisi quatenus conclusiones in principia resolvit, nos docens: ex quo tamen nos certitudinem scientiae non acciperemus, nisi inesset nobis certitudo principiorum, in quae conclusiones resolvuntur.

13

[54212] De veritate, q. 11 a. 1 ad 14 Ad decimumquartum dicendum, quod homo exterius docens non influit lumen intelligibile; sed est causa quodammodo speciei intelligibilis, inquantum proponit nobis quaedam signa intelligibilium intentionum, quas intellectus noster ab illis signis accipit, et recondit in seipso.

14

[54213] De veritate, q. 11 a. 1 ad 15 Ad decimumquintum dicendum, quod cum dicitur: nihil potest formare mentem nisi Deus; intelligitur de ultima eius forma, sine qua informis reputatur, quocumque alias formas habeat. Haec autem est forma illa qua ad verbum convertitur, et ei inheret; per quam solam natura rationalis formata dicitur, ut patet per Augustinum super Genesim ad litteram.

15

[54214] De veritate, q. 11 a. 1 ad 16 Ad decimumsextum dicendum, quod culpa est in affectu, in quem solus Deus imprimere potest, sicut infra patebit in sequenti articulo: ignorantia autem in intellectu est, in quem etiam virtus creata potest imprimere, sicut intellectus agens imprimit species intelligibiles in intellectum possibilem, quo mediante, ex rebus sensibilibus et ex doctrina hominis causatur scientia in anima nostra, ut dictum est.

16

[54215] De veritate, q. 11 a. 1 ad 17 Ad decimumseptimum dicendum, quod certitudinem scientiae, ut dictum est, habet aliquis a solo Deo, qui nobis lumen rationis indidit, per quod principia cognoscimus, ex quibus oritur scientiae certitudo; et tamen scientia ab homine etiam causatur in nobis quodammodo, ut dictum est.

17

[54216] De veritate, q. 11 a. 1 ad 18 Ad decimumoctavum dicendum, quod discipulus ante locutionem magistri interrogatus, responderet quidem de principiis per quae docetur, non autem de conclusionibus quas quis eum docet: unde principia non discit a magistro, sed solum conclusiones.

18

Articulus 2: Utrum aliquis possit dici magister sui ipsius

Objections

[54218] De veritate, q. 11 a. 2 tit. 2 Et videtur quod sic.

[54219] De veritate, q. 11 a. 2 arg. 1 Quia actio magis debet attribui causae principali quam instrumentali. Sed causa quasi principalis scientiae causatae in nobis est intellec-

And it seems that he can

Because the action ought rather to be attributed to the principal cause than to the instrumental. But the cause like the principal cause of the caused knowledge in us is the

tus agens. Homo autem, qui docet exterius, est causa quasi instrumentalis proponens intellectui agenti instrumenta quibus ad scientiam perducatur. Ergo intellectus agens magis docet quam homo exterius. Si ergo propter locutionem exteriorem, qui exterius loquitur, dicitur magister illius qui audit; multo amplius, propter lumen intellectus agentis, ille qui audit, dicendus est magister sui ipsius.

[54220] De veritate, q. 11 a. 2 arg. 2 Praeterea, nullus aliquid addiscit nisi secundum quod ad certitudinem cognitionis pervenit. Sed certitudo cognitionis nobis inest per principia naturaliter nota in lumine intellectus agentis. Ergo intellectui agenti praecipue convenit docere; et sic idem quod prius.

[54221] De veritate, q. 11 a. 2 arg. 3 Praeterea, docere magis proprie convenit Deo quam homini; unde Matth., c. XXIII, 8: unus est magister vester. Sed Deus nos docet, in quantum lumen nobis rationis tradit, quo de omnibus possumus iudicare. Ergo illi lumini actio docendi praecipue attribui debet; et sic idem quod prius.

[54222] De veritate, q. 11 a. 2 arg. 4 Praeterea, scire aliquid per inventionem, est perfectius quam ab alio discere, ut patet in I Ethicorum. Si igitur ex illo modo acquirendi scientiam quo aliquis ab alio addiscit scientiam, sumitur nomen magistri, ut unus alterius sit magister; multo amplius ex modo accipiendi scientiam per inventionem debet accipi nomen magistri, ut aliquis sui ipsius magister dicatur.

[54223] De veritate, q. 11 a. 2 arg. 5 Praeterea, sicut aliquis inducitur ad virtutem ab alio et a seipso, ita aliquis perducitur ad scientiam et per seipsum inveniando, et ab alio addiscendo. Sed illi qui ad opera virtutum perveniunt sine exteriori institutore vel legislatore, dicuntur esse sibi ipsis lex; Rom. II, 14: cum gens quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex. Ergo et ille qui scientiam acquirit per seipsum, debet sibi ipsi dici magister.

[54224] De veritate, q. 11 a. 2 arg. 6 Praeterea, doctor est causa scientiae, sicut medicus sanitatis, ut dictum est. Sed medicus sanat seipsum. Ergo aliquis etiam potest seipsum docere.

To the Contrary

[54225] De veritate, q. 11 a. 2 s. c. 1 Sed contra. Est quod philosophus dicit, VIII Phys., quod impossibile est quod docens addiscat; quia docentem necesse est habere scientiam, discentem vero non habere. Ergo non potest esse quod aliquis doceat seipsum, vel dici possit sui magister.

[54226] De veritate, q. 11 a. 2 s. c. 2 Praeterea, magisterium importat relationem superpositionis, sicut et dominus. Sed huiusmodi relationes non possunt inesse alicui ad seipsum: non enim aliquis est pater sui ipsius, aut dominus. Ergo nec aliquis potest dici sui ipsius magister.

acting {agens} intellect. Yet man, who teaches exteriorly, is the cause like the instrumental cause proposing to the agent intellect the instruments by which it is led to knowledge. Therefore the acting intellect teaches more than the exterior man. If, therefore, he who speaks exteriorly is, because of that exterior speech, called the teacher of him who hears; much more should he who hears be called teacher of himself because of the light of the acting intellect.

Moreover, no one learns something except insofar as he comes through to the certitude of understanding. But the certitude of understanding belongs to us through a principle naturally known in the light of the agent intellect. Therefore, it is appropriate most of all to the agent intellect to teach; and therefore as the preceeding.

Moreover, to teach more properly pertains to God than to man; whence *Matthew*, 23:8: "One is your teacher." But God teaches us insofar as he gives light to our reason, by which we can judge about all things. Therefore, the action ought to be chiefly attributed to that light; and thus as before.

Moreover, to know something through invention is more perfect than to learn from another as is clear in *I Ethicorum*. If, therefore, the name of 'teacher' is taken from the mode of acquiring knowledge by which someone learns knowledge scientia from another, that one is the master of the other; much more should the name of 'teacher' be taken from the way of tacking knowledge by invention inventio, that someone should to himself be called the teacher of himself.

Moreover, just as someone is introduced to virtue by another and by himself, thus someone is led to knowledge both by learning by himself and learning from another. But those who come to the works of the virtues without an exterior institution or law-giver is said to be to be a law to himself; *Romans* 2:14: when a person who does not have the law, naturally does [those things] which are of the law, they are a law to themselves. Therefore also he who acquires knowledge by himself ought to be called the teacher of himself.

Moreover, the teacher is the cause of knowledge, as the doctor is of health as has been said. But the doctor heals himself. Therefore someone can teach themselves.

On the Contrary is what the Philosopher says in *VIII Physics*, "that it is impossible that the teaching one learn; since the teaching one necessarily has knowledge, but the learning one does not." Therefore it cannot be that someone teaches himself, nor can he be called his own teacher.

Moreover, teacher {magisterium} implies a relation of authority {superpositionis}, as does lord. But such relations cannot exist in anyone towards himself: for someone is not the father to himself, nor is he lord. Therefore neither can he be called teacher of himself.

Response

[54227] De veritate, q. 11 a. 2 co. Responsio. Dicendum, quod absque dubio aliquis potest per lumen rationis sibi inditum, absque exterioris doctrinae adminiculo, devenire in cognitionem ignotorum multorum, sicut patet in omni eo qui per inventionem scientiam acquirit; et sic quodammodo aliquis est sibi ipsi causa sciendi, non tamen propter hoc proprie potest dici sui ipsius magister, vel seipsum docere. Duos enim modos principiorum agentium in rebus naturalibus invenimus, ut patet ex philosopho, VII Metaphys. Quoddam enim est agens quod in se totum habet quod in effectu per eum causatur; vel eodem modo, sicut est in agentibus univocis, vel etiam eminentiori, sicut est in agentibus aequivocis. Quaedam vero agentia sunt in quibus eorum quae aguntur non praeexistit nisi pars; sicut motus causat sanitatem, aut aliqua medicina calida, in qua calor invenitur vel actualiter vel virtualiter; calor autem non est tota sanitas, sed est pars sanitatis. In primis igitur agentibus est perfecta ratio actionis; non autem in agentibus secundi modi, quia secundum hoc aliquid agit quod actu est; unde, cum non sit in actu effectus inducendi nisi in parte, non erit perfecte agens. Doctrina autem importat perfectam actionem scientiae in docente vel magistro; unde oportet quod ille qui docet vel magister est, habeat scientiam quam in altero causat, explicite et perfecte, sicut in addiscente acquiritur per doctrinam. Quando autem alicui acquiritur scientia per principium intrinsecum, illud quod est causa agens scientiae, non habet scientiam acquirendam, nisi in parte: scilicet quantum ad rationes seminales scientiae, quae sunt principia communia; et ideo ex tali causalitate non potest trahi nomen doctoris vel magistri, proprie loquendo.

Answers to Objections

[54228] De veritate, q. 11 a. 2 ad 1 Ad primum igitur dicendum, quod intellectus agens, quamvis sit principalior causa quantum ad aliquid quam homo exterius docens, tamen in eo non praeexistit scientia completa, sicut in docente; unde ratio non sequitur.

[54229] De veritate, q. 11 a. 2 ad 2 Ad secundum dicendum similiter sicut ad primum.

[54230] De veritate, q. 11 a. 2 ad 3 Ad tertium dicendum quod Deus explicite novit omnia quae per eum homo docetur, unde sibi convenienter magistri ratio attribui potest; secus autem est de intellectu agente, ratione iam dicta.

[54231] De veritate, q. 11 a. 2 ad 4 Ad quartum dicendum, quod quamvis modus in acquisitione scientiae per inventionem sit perfectior ex parte recipientis scientiam, inquantum designatur habilior ad sciendum; tamen ex parte scientiam causantis est modus perfectior per doc-

Response. It ought to be said that without doubt someone can come to understanding of many [previously] unknown things, by means of the light of reason placed in himself, without the supporting exterior teacher, as is clear in everyone who acquires knowledge through invention; and thus in a certain way someone is the cause of knowing to himself; nevertheless he cannot, on account of this, be properly called teacher of himself, nor be said to teach himself. For in natural things we discover two modes of the active {agentium} principle, as is clear from the Philosopher in *VII Metaphysics*. For a certain thing is the agent which has in itself everything that in the effect is caused through it either, in the same way, as in univocal agents, or in an even more perfect way {eminentiori}, as in equivocal agents. But certain agents exist in which what they make {aguntur} does not exist beforehand except in part; as motion causes health, or a warm medicine in which heat is found either actually or virtually causes health; heat, however, is not the complete health, but is a part of it. In the first agents, therefore, the account of the action has been perfected; not, however, in agents in the second way, since, according to this [way], something which/[insofar as it?] is in act acts; whence, since it is not in act the effect led in except in part, it will not be a perfect agent. Teaching, however, implies the perfected action of knowledge in the teacher or master; whence it is necessary that he who teaches or is the master, has the knowledge which he causes in the other, explicitly and perfectly, as it is acquired in the learner {addiscente} through teaching. When, however, knowledge is acquired by someone through the intrinsic principle, that which the acting cause of knowledge does not have the knowledge acquired except in part: namely, insofar as it has the seminal notions of knowledge {ratio seminalis scientiae} which are common principles; and therefore, properly speaking, the name of teacher or master cannot be derived {trahi} from such causality.

To the first, therefore, it ought to be said that the acting intellect, although it is more principally the cause than the exterior teacher in some respect, nevertheless, knowledge does not exist beforehand in it completely as it does in a teacher; whence the account does not follow.

To the second, therefore, it ought to be said similarly to the first.

To the third, therefore, it ought to be said that God knew explicitly all things which a man is taught through him, whence the account of master {magister-teacher} can be suitably attributed to him; it is otherwise, however, about the agent intellect, by the account which has now been given.

To the fourth, therefore, it ought to be said that although the mode of acquiring knowledge through invention may be more perfect on the part of the one receiving knowledge, insofar as it shows him to be more able {habilior} towards [acquiring] knowledge {sciendum}; neverthe-

trinam: quia docens, qui explicite totam scientiam novit, expeditius potest ad scientiam inducere quam aliquis induci possit ex seipso, per hoc quod praecognoscit scientiae principia in quadam communitate.

[54232] De veritate, q. 11 a. 2 ad 5 Ad quintum dicendum, quod hoc modo se habet lex in operabilibus sicut principium in speculativis, non autem sicut magister; unde non sequitur si aliquis sibi est lex quod sibi ipsi possit esse magister.

[54233] De veritate, q. 11 a. 2 ad 6 Ad sextum dicendum, quod medicus sanat in quantum praehabet sanitatem non in actu, sed in cognitione artis; sed magister docet in quantum actu scientiam habet. Unde ille qui non habet sanitatem in actu, ex hoc quod habet sanitatem in cognitione artis, potest in seipso sanitatem causare; non autem potest esse ut aliquis actu habeat scientiam, et non habeat, ut sic possit a seipso doceri.

Articulus 3: Utrum homo ab Angelo doceri possit

Objections

[54235] De veritate, q. 11 a. 3 tit. 2 Et videtur quod non.

[54236] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 1 Quia, si Angelus docet, aut docet interius, aut exterius. Non autem interius, quia hoc solius Dei est, ut Augustinus dicit; nec exterius, ut videtur, quia docere exterius est per aliqua sensibilia signa docere, ut Augustinus dicit in Lib. de magistro: huiusmodi autem sensibilibus signis Angeli non nos docent, nisi forte sensibilibus apparentes; ergo Angeli nos non docent nisi forte sensibilibus apparentes, quod praeter communem cursum accidit, quasi per miraculum.

[54237] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 2 Sed dicebat, quod Angeli nos docent quodammodo exterius, in quantum in nostram imaginationem imprimunt. - Sed contra, species imaginationi impressa ad imaginandum in actu non sufficit, nisi adsit intentio, ut patet per Augustinum in Lib. de Trinit. Sed intentionem non potest in nobis inducere Angelus: cum intentio sit voluntatis actus, in quam solus Deus imprimere potest. Ergo nec etiam imprimendo in imaginationem Angelus docere nos potest, cum, mediante imaginatione, non possimus doceri nisi actu aliquid imaginando.

[54238] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 3 Praeterea, si ab Angelis docemur absque sensibili apparitione, hoc non potest esse nisi in quantum intellectum illuminant, quem illuminare non possunt, ut videtur: quia nec tradunt lumen naturale, quod a solo Deo est, utpote menti concreatum, nec etiam lumen gratiae, quam solus Deus infundit. Ergo Angeli absque visibili apparitione nos docere non possunt.

[54239] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 4 Praeterea, quantumcumque unus ab alio docetur, oportet quod addiscens inspicat conceptus docentis; ut hoc modo sit processus in

less, on the part of causing knowledge, the mode through teaching is more perfect: because the teacher, who knows the whole science explicitly, can lead more easily to knowledge than one can be led by himself, insofar as he knows beforehand the principles of the knowledge in a certain community (universality, or is this more like in a certain study?) {communitate}

To the fifth it ought to be said that in this way law stands in matters of action as principles in the speculative, not however as a teacher does; whence it does not follow that if someone is a law to himself that he can be a teacher for himself.

To the sixth it ought to be said that the doctor heals insofar as he has health not in act, but in the understanding of art; but a teacher teaches insofar as he actually has knowledge. Whence he who does not have health in act can cause health in himself from [the health] he has in the understanding of his art; but it cannot be that someone has knowledge and not have it that it could be taught thus by himself.

And this seems impossible.

Since, if an angel should teach, he either teaches interiorly, or exteriorly. Yet, he does not interiorly because this is of God alone, as Augustine says in *De Magistro*; now yet does he exteriorly, as is seen since to teach exteriorly is to teach through sensible signs, as Augustine says in *De Magistro*: by such sensible signs, however, the angels do not teach us unless, perchance, appearing sensibly; therefore the angels do not teach us except when happening to appear sensibly, which happens beyond common experience {communis cursus}, as through a miracle.

But someone was saying that angels teach us in a certain exterior way insofar as they form {imprimere} out imagination. - But on the contrary, an impressed species of the imagination does not suffice towards imagining in act, unless it is accompanied by an intention, as is clear in Augustine's *De Trinitate*. But an angel cannot introduce an intention to us: since an intention is an act of the will which God alone can imprint. Therefore also, neither by imprinting into the imagination can angels teach us, since, with the imagination mediating, we cannot be taught except by actually imagining something.

Moreover, if we are taught by an angel without sensible appearance, this cannot be unless insofar as they illuminate the intellect, which they cannot illuminate, as will be seen: because they neither bequeath the natural light, which is from God alone, insofar as it is created with the mind, nor do they even bestow the light of grace, which only God pours out. Therefore the angels cannot teach us without a visible appearance.

mente discipuli ad scientiam, sicut est processus a scientia in mente doctoris. Homo autem non potest conceptus Angeli videre. Non enim videt eos in seipsis, sicut nec conceptus alterius hominis: immo multo minus, utpote magis distantes; nec iterum in signis sensibilibus, nisi forte quando sensibilibus apparent, de quo nunc non agitur. Ergo Angeli alias nos docere non possunt.

[54240] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 5 Praeterea, illius est docere qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ut patet in Glossa Matth. XXIII, 8: unus est magister vester Christus. Sed hoc non competit Angelo, sed soli luci increatae, ut patet Ioan. I, 9.

[54241] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 6 Praeterea, quicumque alium docet, eum ad veritatem inducit, et sic veritatem in anima eius causat. Sed solus Deus causalitatem habet supra veritatem; quia cum veritas sit lux intelligibilis et forma simplex, non exit in esse successive, et ita non potest produci nisi per creationem, quod soli Deo competit. Cum ergo Angeli non sint creatores, ut Damascenus dicit, videtur quod ipsi docere non possint.

[54242] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 7 Praeterea, indeficiens illuminatio non potest procedere nisi a lumine indeficienti, eo quod abeunte lumine subiectum illuminari desinit. Sed in doctrina exigitur indeficiens quaedam illuminatio, eo quod scientia de necessariis est, quae semper sunt. Ergo doctrina non procedit nisi a lumine indeficienti. Huiusmodi autem non est lumen angelicum, cum eorum lumen deficeret, nisi divinitus conservaretur. Ergo Angelus non potest docere.

[54243] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 8 Praeterea, Ioann., I, 38, dicitur, quod duo ex discipulis Ioannis sequentes Iesum, ei interroganti, quid quaeritis? Responderunt: Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, ubi habitas? Ubi dicit Glossa, quod hoc nomine fidem suam indicant; et alia Glossa dicit: interrogat eos non ignorans, sed ut mercedem habeant respondendo; et quod quaerenti quid, quod quaerit rem, non rem, sed personam respondent. Ex quibus omnibus habetur quod confitentur in illa responsione, eum esse personam quamdam; et quod hac confessione, fidem suam indicant, et in hoc merentur. Sed meritum fidei Christianae in hoc consistit quod Christum esse personam divinam confitemur. Ergo esse magistrum ad solam divinam personam pertinet.

[54244] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 9 Praeterea, quicumque docet, oportet quod veritatem manifestet. Sed veritas, cum sit quaedam lux intelligibilis, est magis nobis nota quam Angelus. Ergo per Angelum non docemur, cum magis nota per minus nota non manifestentur.

[54245] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 10 Praeterea, Augustinus dicit in Lib. de Trinit., quod mens nostra, nulla interposita creatura, immediate a Deo formatur. Angelus autem quaedam creatura est. Ergo non interponitur inter Deum et mentem humanam ad eam formandam, quasi superior mente, et inferior Deo; et sic homo per Angelum doceri non potest.

[54246] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 11 Praeterea, sicut affectus noster pertingit usque ad ipsum Deum, ita intellec-

tus noster usque ad eius essentiam contemplandam pertinere potest. Sed ipse Deus immediate affectum nostrum format per gratiae infusionem, nullo Angelo mediante. Ergo et intellectum nostrum format per doctrinam, nullo mediante.

[54247] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 12 Praeterea, omnis cognitio est per aliquam speciem. Si ergo Angelus hominem doceat, oportet quod speciem aliquam in eo causet, per quam cognoscat; quod esse non potest, nisi vel creando speciem, quod nullo modo Angelo competit, ut vult Damascenus; vel illuminando species quae sunt in phantasmatibus, ut ab his species intelligibiles in intellectu possibili humano resultent: et hoc videtur redire in errorem illorum philosophorum qui ponunt, intellectum agentem, cuius officium est illuminare phantasmata, esse substantiam separatam; et sic Angelus docere non potest.

[54248] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 13 Praeterea, plus distat intellectus Angeli ab intellectu hominis quam intellectus hominis ab imaginatione humana. Sed imaginatio non potest accipere illud quod est in intellectu humano; non enim imaginatio potest capere nisi formas particulares, quales intellectus non continet. Ergo nec intellectus humanus est capax eorum quae sunt in mente angelica; et sic homo per Angelum doceri non potest.

[54249] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 14 Praeterea, lux qua aliquid illuminatur, debet esse illuminatis proportionata, sicut lux corporalis coloribus. Sed lux angelica, cum sit pure spiritualis, non est proportionata phantasmatibus, quae sunt quodammodo corporalia, utpote organo corporali contenta. Ergo Angeli non possunt nos docere illuminando nostra phantasmata, ut dicebatur.

[54250] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 15 Praeterea, omne quod cognoscitur, aut cognoscitur per essentiam suam, aut per similitudinem. Sed cognitio qua res cognoscuntur per essentiam suam a mente humana, non potest per Angelum causari; quia sic oporteret quod virtutes, et alia quae intra animam continentur, ab ipsis Angelis imprimerentur, cum talia per sui essentiam cognoscantur. Similiter nec per eos causari potest cognitio rerum quae per suas similitudines cognoscuntur; cum ipsis similitudinibus, quae sunt in cognoscente, propinquiores sint res cognoscendae quam Angelus. Ergo nullo modo Angelus homini potest esse cognitionis causa, quod est docere.

[54251] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 16 Praeterea, agricola quamvis exterius naturam excitet ad naturales effectus, non tamen dicitur creator, ut per Augustinum patet super Genes. ad Litt. Ergo, pari ratione, nec Angeli debent dici doctores vel magistri, quamvis intellectum hominis excitent ad sciendum.

[54252] De veritate, q. 11 a. 3 arg. 17 Praeterea, cum Angelus sit homine superior; si docet, oportet quod eius doctrina doctrinam humanam excellat. Sed hoc esse non potest. Homo enim docere potest de his quae habent causas determinatas in natura. Alia vero, utpote futura contingentia, ab Angelis doceri non possunt, cum ipsi naturali cognitione eorum sint ignari, solo Deo talium futurorum scientiam habente. Ergo Angeli docere non possunt

homines.

To the Contrary

[54253] De veritate, q. 11 a. 3 s. c. 1 Sed contra. Est quod dicit Dionysius, cap. IV Caelest. Hierarch.: video quod divinum Christi humanitatis mysterium Angeli primum docuere, deinde per ipsos in nos scientiae gratia descendit.

[54254] De veritate, q. 11 a. 3 s. c. 2 Praeterea, quod potest inferior, potest et superior et multo nobilius, ut patet per Dionysium in caelesti hierarchia; sed hominum ordo est inferior quam ordo Angelorum; cum ergo homo possit hominem docere, multo fortius hoc Angelus potest.

[54255] De veritate, q. 11 a. 3 s. c. 3 Praeterea, ordo divinae sapientiae perfectius invenitur in spiritualibus substantiis quam etiam in corporalibus; sed ad ordinem inferiorum corporum hoc pertinet ut inferiora corpora perfectiones suas consequantur ex impressione corporum superiorum; ergo etiam inferiores spiritus, scilicet humani, perfectionem scientiae assequuntur ex impressione superiorum spirituum, scilicet Angelorum.

[54256] De veritate, q. 11 a. 3 s. c. 4 Praeterea, omne quod est in potentia reduci potest in actum per id quod est in actu; et quod est minus in actu, per id quod est in actu perfectius. Sed intellectus angelicus est magis in actu quam intellectus humanus. Ergo intellectus humanus potest reduci in actum scientiae per intellectum angelicum; et sic Angelus hominem docere potest.

[54257] De veritate, q. 11 a. 3 s. c. 5 Praeterea, Augustinus dicit, in Lib. de bono perseverantiae, quod doctrinam salutis quidam a Deo accipiunt immediate, quidam ab Angelo, quidam vero ab homine. Ergo non solus Deus sed et Angelus et homo docet.

[54258] De veritate, q. 11 a. 3 s. c. 6 Praeterea, illuminare domum dicitur et immittens lumen, sicut sol, et aperiens fenestram, quae lumini obstat. Sed quamvis solus Deus lumen veritatis menti infundat, tamen Angelus vel homo potest aliquod impedimentum luminis percipiendi amovere. Ergo non solus Deus, sed Angelus vel homo docere potest.

Response

[54259] De veritate, q. 11 a. 3 co. Responsio. Dicendum, quod Angelus circa hominem dupliciter operatur. Uno modo secundum modum nostrum; quando scilicet homini sensibiliter apparet, vel corpus assumendo, vel quocumque alio modo, et eum per locutionem sensibilem instruit. Et sic nunc non quaerimus de Angeli doctrina; hoc enim modo non aliter Angelus quam homo docet. Alio modo circa nos Angelus operatur per modum suum, scilicet invisibiliter; et secundum hunc modum qualiter homo ab Angelo possit doceri huius quaestionis intentio est. Sciendum est igitur, quod, cum Angelus medius sit inter hominem et Deum, secundum ordinem naturae medius modus docendi sibi competit, inferior quidem Deo, sed superior homine. Quod qualiter sit verum, percipi non potest, nisi videatur qualiter docet Deus, et qualiter homo. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod inter intellectum et corporalem

visum haec est differentia: quod visui corporali omnia sua obiecta aequaliter sunt propinqua ad cognoscendum; sensus enim non est vis collativa, ut ex uno obiectorum suorum necesse habeat pervenire in aliud. Sed intellectui non omnia intelligibilia aequaliter vicina sunt ad cognoscendum; sed quaedam statim conspiciere potest, quaedam vero non conspiciunt nisi ex aliis prius inspectis. Sic igitur homo ignotorum cognitionem per duo accipit; scilicet per lumen intellectuale, et per primas conceptiones per se notas, quae comparantur ad istud lumen, quod est intellectus agentis, sicut instrumenta ad artificem. Quantum igitur ad utrumque, Deus hominis scientiae causa est excellentissimo modo; quia et ipsam animam intellectuali lumine insignivit, et notitiam primorum principiorum ei impressit, quae sunt quasi seminaria scientiarum; sicut et aliis rebus naturalibus impressit seminales rationes omnium effectuum producendorum. Homo autem, quia secundum ordinem naturae alteri homini par est in specie intellectualis luminis, nullo modo potest alteri homini causa scientiae existere, in eo lumen causando vel augendo. Sed ex parte illa qua scientia ignotorum per principia per se nota causatur, alteri homini causa sciendi quodammodo existit, non sicut notitiam principiorum tradens, sed sicut id quod implicite, et quodammodo in potentia, in principiis continebatur educendo in actum per quaedam signa sensibilia exteriori sensui ostensa, sicut supra dictum est. Angelus vero, quia naturaliter habet lumen intellectuale perfectius quam homo, ex utraque parte potest homini esse causa sciendi; tamen inferiori modo quam Deus, et superiori quam homo. Ex parte enim luminis, quamvis non possit intellectuale lumen infundere, ut Deus facit, potest tamen lumen infusum confortare ad perfectius inspiciendum. Omne enim quod est in aliquo genere imperfectum, quando continuatur perfectiori in genere illo, magis confortatur virtus eius; sicut etiam videmus in corporibus, quod corpus locatum confortatur per corpus locans, quod comparatur ad ipsum ut actus ad potentiam, ut habetur IV Physic. Ex parte etiam principiorum potest Angelus hominem docere, non quidem ipsorum principiorum notitiam tradendo, ut Deus facit, neque deductionem conclusionum ex principiis sub signis sensibilibus proponendo, ut homo facit; sed in imaginatione aliquas formas formando, quae formari possunt ex commotione organi corporalis; sicut patet in dormientibus et mente captis, qui secundum diversitatem fumositatum ad caput ascendentium diversa phantasmata patiuntur. Et hoc modo, commixtione alterius spiritus fieri potest ut ea quae ipse Angelus scit, per imagines huiusmodi, ei cui immiscetur, ostendat, ut Augustinus dicit XII super Genes. ad litteram.

Answers to Objections

[54260] De veritate, q. 11 a. 3 ad 1 Ad primum igitur dicendum, quod Angelus invisibiliter docens, docet quidem interius per comparisonem ad doctrinam hominis, qui sensibus exterioribus doctrinam proponit; sed per comparisonem ad doctrinam Dei, qui intra mentem operatur,

lumen infundendo, doctrina Angeli exterior reputatur.

[54261] De veritate, q. 11 a. 3 ad 2 Ad secundum dicendum, quod quamvis intentio voluntatis cogi non possit, tamen intentio sensitivae partis cogi potest: sicut cum quis pungitur, necesse habet intendere ad laesionem; et ita est etiam de omnibus aliis virtutibus sensitivis, quae utuntur organo corporali; et talis intentio sufficit ad imaginationem.

[54262] De veritate, q. 11 a. 3 ad 3 Ad tertium dicendum, quod Angelus nec lumen gratiae infundit, nec lumen naturae; sed lumen naturae divinitus infusum confortat, ut dictum est.

[54263] De veritate, q. 11 a. 3 ad 4 Ad quartum dicendum, quod sicut in naturalibus est agens univocum, quod eodem modo imprimit formam sicut eam habet, et agens aequivocum, quod alio modo habet quam imprimat; ita etiam est et de doctrina, quia homo docet hominem quasi univocum agens: unde per illum modum scientiam alteri tradit quo ipse eam habet, scilicet deducendo causas in causata. Unde oportet quod ipsi conceptus docentis patefiant per aliqua signa discenti. Sed Angelus docet quasi agens aequivocum: ipse enim intellectualiter cognoscit quod homini per viam rationis manifestatur. Unde non hoc modo ab Angelo docetur quod Angeli conceptus homini patefiant; sed quia in homine scientia causatur, secundum suum modum, earum rerum quas Angelus longe alio modo cognoscit.

[54264] De veritate, q. 11 a. 3 ad 5 Ad quintum dicendum, quod dominus loquitur de illo modo doctrinae qui soli Deo competit, ut patet per Glossam, ibidem; et hunc modum docendi Angelo non adscribimus.

[

54265] De veritate, q. 11 a. 3 ad 6 Ad sextum dicendum, quod ille qui docet, non causat veritatem, sed causat cognitionem veritatis in discente. Propositiones enim quae docentur, sunt verae etiam antequam sciantur, quia veritas non dependet a scientia nostra, sed ab existentia rerum.

[54266] De veritate, q. 11 a. 3 ad 7 Ad septimum dicendum, quod quamvis scientia quae a nobis acquiritur per doctrinam, sit de rebus indeficientibus, tamen ipsa scientia deficere potest: unde non oportet quod illuminatio doctrinae sit a lumine indeficienti; vel si est a lumine indeficienti sicut a primo principio, non tamen excluditur omnino lumen creatum defectibile, quod possit esse sicut principium medium.

[54267] De veritate, q. 11 a. 3 ad 8 Ad octavum dicendum, quod in discipulis Christi notatur quidam fidei profectus, ut primo eum venerarentur quasi hominem sapientem et magistrum, et postea ei intenderent quasi Deo docenti. Unde quaedam Glossa, parum infra, dicit: quia cognovit Nathanael Christum absentem vidisse quae ipse in alio loco gesserat, quod est indicium deitatis, fatetur non solum magistrum, sed et Dei filium.

[54268] De veritate, q. 11 a. 3 ad 9 Ad nonum dicendum, quod Angelus non manifestat veritatem ignotam per hoc quod substantiam suam demonstrat; sed aliam veritatem magis notam proponendo, vel etiam lumen intellectus

confortando. Unde ratio non sequitur.

[54269] De veritate, q. 11 a. 3 ad 10 Ad decimum dicendum, quod intentio Augustini non est dicere quin mens angelica sit excellentioris naturae quam mens humana; sed quia non ita cadit Angelus medius inter Deum et mentem humanam, ut mens humana per coniunctionem ad Angelum ultima formatione formetur; ut quidam posuerunt, quod in hoc consistit ultima hominis beatitudo, quod intellectus noster intelligentiae continuetur, cuius beatitudo est in hoc quod continuatur ipsi Deo.

[54270] De veritate, q. 11 a. 3 ad 11 Ad undecimum dicendum, quod in nobis sunt quaedam vires quae coguntur ex subiecto et obiecto, sicut vires sensitivae, quae excitantur et per commotionem organi, et per fortitudinem obiecti. Intellectus vero non cogitur ex subiecto, cum non utatur organo corporali; sed cogitur ex obiecto, quia ex efficacia demonstrationis cogitur quis conclusioni consentire. Affectus vero neque ex subiecto neque ex obiecto cogitur, sed proprio instinctu movetur in hoc vel illud: unde in affectum non potest imprimere nisi Deus, qui interius operatur. Sed in intellectum potest imprimere, quodammodo, etiam homo vel Angelus, repraesentando obiecta quibus intellectus cogatur.

[54271] De veritate, q. 11 a. 3 ad 12 Ad duodecimum dicendum, quod Angelus neque creat species in mente nostra, neque immediate phantasmata illuminat; sed per continuationem luminis eius cum lumine intellectus nostri, noster intellectus potest efficacius phantasmata illustrare. Et tamen si etiam immediate phantasmata illustraret, non propter hoc sequeretur quod positio illorum philosophorum esset vera: quamvis enim intellectus agentis sit illustrare phantasmata, posset tamen dici, quod non eius solius.

[54272] De veritate, q. 11 a. 3 ad 13 Ad decimumtertium dicendum, quod imaginatio potest accipere ea quae sunt in intellectu humano, sed per alium modum; et similiter intellectus humanus potest capere quae sunt in intellectu angelico, suo modo. Sed tamen, quamvis intellectus hominis magis conveniat cum imaginatione subiecto, inquantum sunt unius animae potentiae; tamen cum intellectu angelico magis convenit genere, quia uterque est immaterialis virtus.

[54273] De veritate, q. 11 a. 3 ad 14 Ad decimumquartum dicendum, quod spirituale nihil prohibet esse proportionatum ad hoc quod in corporale agat, quia nihil prohibet quod inferiora a superioribus patiantur.

[54274] De veritate, q. 11 a. 3 ad 15 Ad decimumquintum dicendum, quod Angelus non est causa homini quantum ad illam cognitionem qua cognoscit res per essentiam, sed quantum ad illam qua cognoscit per similitudines; non quod Angelus sit propinquior rebus quam earum similitudines, sed inquantum facit rerum similitudines in mente resultare, vel movendo imaginationem, vel lumen intellectus confortando.

[54275] De veritate, q. 11 a. 3 ad 16 Ad decimumsextum dicendum, quod creare importat causalitatem primam, quae soli Deo debetur; facere vero importat causali-

tatem communiter, et similiter docere quantum ad scientiam. Et ideo solus Deus dicitur creator; sed factor et doctor potest dici et Deus et Angelus et homo.

[54276] De veritate, q. 11 a. 3 ad 17 Ad decimumseptimum dicendum, quod etiam de his quae habent causas determinatas in natura, potest plura docere Angelus quam homo, sicut et plura cognoscit; et ea etiam quae docet, nobiliori modo docere: unde ratio non sequitur.

Articulus 4: Utrum docere sit actus vitae activae vel contemplativae

Objections

[54278] De veritate, q. 11 a. 4 tit. 2 Et videtur quod sit actus contemplativae.

[54279] De veritate, q. 11 a. 4 arg. 1 Vita enim activa cum corpore deficit, ut Gregorius dicit super Ezech. Sed docere non deficit cum corpore, quia etiam Angeli, qui corpore carent, docent ut dictum est. Ergo videtur quod docere ad vitam contemplativam pertineat.

[54280] De veritate, q. 11 a. 4 arg. 2 Praeterea, sicut dicit Gregorius super Ezech., ante activa vita agitur ut ad contemplativam postea veniatur. Sed doctrina sequitur contemplationem non praecedit. Ergo docere non pertinet ad vitam activam.

[54281] De veritate, q. 11 a. 4 arg. 3 Praeterea, ut Gregorius dicit ibidem, activa vita dum occupatur in opere, minus videt. Sed ille qui docet, necesse habet magis videre quam ille qui simpliciter contemplatur. Ergo docere magis est contemplativae quam activae.

[54282] De veritate, q. 11 a. 4 arg. 4 Praeterea, unumquodque per idem est in se perfectum et aliis similem perfectionem tradens, sicut per eundem calorem ignis est calidus et calefaciens. Sed aliquem esse perfectum in consideratione divinorum in seipso, pertinet ad vitam contemplativam. Ergo et doctrina, quae est eiusdem perfectionis transfusio in alium, ad vitam contemplativam pertinet.

[54283] De veritate, q. 11 a. 4 arg. 5 Praeterea, vita activa circa temporalia versatur. Sed doctrina praecipue versatur circa aeterna illorum enim excellentior est doctrina et perfectior. Ergo doctrina non pertinet ad vitam activam, sed contemplativam.

To the Contrary

[54284] De veritate, q. 11 a. 4 s. c. 1 Sed contra. Est quod Gregorius, in eadem homilia, dicit: activa est vita panem esurienti tribuere, verbum sapientiae nescientem docere.

[54285] De veritate, q. 11 a. 4 s. c. 2 Praeterea, opera misericordiae ad vitam activam pertinent. Sed docere inter eleemosynas spirituales computatur. Ergo docere est vitae activae.

Response

[54286] De veritate, q. 11 a. 4 co. Responsio. Dicendum, quod contemplativa et activa vita ad invicem fine et materia distinguuntur. Materia namque activae vitae sunt temporalia, circa quae humanus actus versatur; materia au-

tem contemplativae sunt rerum scibiles rationes, quibus contemplator insiſtit. Et haec materiae diversitas provenit ex diversitate finis: sicut et in omnibus aliis materia secundum finis exigentiam determinatur. Finis enim contemplativae vitae est inspectio veritatis, prout nunc de vita contemplativa agimus; veritatis, dico, increatae secundum modum possibilem contemplanti: quae quidem in hac vita imperfecte inspicitur, in futura autem videbitur perfecte. Unde et Gregorius dicit, quod contemplativa vita hic incipitur, ut in caeleſti patria perficiatur. Sed activae finis est operatio, qua proximorum utilitati intenditur. In actu autem docendi invenimus duplicem materiam, in cuius signum etiam actus docendi duplici accusativo coniungitur. Est, siquidem, una eius materia res ipsa quae docetur, alia vero cui scientia traditur. Ratione igitur primae materiae, actus doctrinae ad vitam contemplativam pertinet, sed ratione secundae pertinet ad vitam activam. Sed ex parte finis doctrina solummodo ad vitam activam pertinere invenitur, quia ultima materia eius, in qua finem intentum consequitur, est activae vitae materia. Unde magis ad activam vitam pertinet quam ad contemplativam, quamvis etiam aliquo modo ad contemplativam pertineat, ut ex dictis patet.

Answers to Objections

[54287] De veritate, q. 11 a. 4 ad 1 Ad primum ergo dicendum, quod vita activa secundum hoc cum corpore deficit, quod cum labore exercetur, et subvenit infirmitatibus proximorum; secundum quod Gregorius ibidem dicit, quod activa vita laboriosa est, quia desudat in opere; quae duo in futura vita non erunt. Nihilominus tamen actio hierarchica est in caelestibus spiritibus, ut Dionysius dicit, et illa actio est alterius modi ab activa vita quam nunc agimus in hac vita. Unde et illa doctrina quae ibi erit, longe est alia ab ista doctrina.

[54288] De veritate, q. 11 a. 4 ad 2 Ad secundum dicendum, quod Gregorius, ibidem, dicit, sicut bonus ordo vivendi est ut ab activa vita in contemplativam tendatur; ita plerumque utiliter a contemplativa animus ad activam reflectitur, ut per hoc quod contemplativa mentem accenderit, perfectius activa teneatur. Sciendum tamen, quod activa contemplativam praecedit quantum ad illos actus qui in materia nullo modo cum contemplativa conveniunt; sed quantum ad illos actus qui materiam a contemplativa suscipiunt, necesse est ut activa contemplativam sequatur.

[54289] De veritate, q. 11 a. 4 ad 3 Ad tertium dicendum, quod visio docentis est principium doctrinae; sed ipsa doctrina magis consistit in transfusione scientiae rerum visarum quam in earum visione: unde visio docentis magis pertinet ad contemplationem quam ad actionem.

[54290] De veritate, q. 11 a. 4 ad 4 Ad quartum dicendum, quod ratio illa probat quod vita contemplativa sit principium doctrinae; sicut calor non est ipsa calefactio, sed calefactionis principium, invenitur autem contemplativa vita esse activae principium in quantum eam dirigit; sicut e converso activa vita ad contemplativam disponit.

[54291] De veritate, q. 11 a. 4 ad 5 Ad quintum patet

solutio ex dictis, quia respectu materiae primae doctrina
cum contemplativa convenit, ut dictum est.